

Notandū.

Alij vero dicunt sufficere ad rationem huius vniuersalis habere sua inferiora subiecta, tantum aptitudinaliter; vt de genere, & specie, dictū manet. Sed quia mihi videtur circa hoc nullam controuersiam esse posse: pro intelligentia notandum: quod prædicatio exercita aliter exercetur in fundamentis quatuor primorum prædicabilium: & aliter in fundamentis istius quinti: nam in quatuor primis; licet prædicatio exerceatur; non requiruntur extrema esse in actuali existentia: sed tantum obiectiue in intellectu. At in hoc vltimo vniuersali, si fundetur in accidente Physico realiter subiecto inherente; requiritur sui, & subiecti, realis existentia: secus si fundetur in accidente Logico: quia tunc tantum extrema in intellectu existere requirit.

1. Conclus.

Dicendum primo, vt accidens sit vniuersale; & in actu signato de pluribus prædicari possit; non requirit sui, & subiectorum existentiam realem; sed obiectiuam. Hæc est conformis illi, quam de genere supra assignauimus; & ibi probata manet; & ultra probatur: nā quodlibet vniuersale est vnum aptum esse in multis positue per intellectum: ergo solum requiritur; vt illa plura apprehendi possint per intellectum in confuso; sed intellectus; vt illa cognoscat, non indiget eorum existentia reali: quia multa apprehendit, quæ realiter non existunt: imo nec existunt: vt plures soles: ergo accidens, vt pluribus comparetur, non postulat eorum existentiam realem.

2. Conclus.

Dicendum secundo. Ad prædicationem exercitam accidentis Physici, seu priuationis realis, de suis subiectis, vtriusque realis existentia exigitur. Probatur: nam si prædicatum non inheret subiecto; hæc erit falsa: homo est albus: ergo vt sit vera, debet realiter inherere. Antecedens probatur: quia verbum, est, copulat in exercitio extrema: ergo si est vera copulatio; ipsa extrema debent esse a parte rei intrinsece vnita: quia cum prædicatum sit contingens; vt sit verum, quod Verbum in propositione copulat: prædicatum debet inherere subiecto.

Confirmatur. Verbum, est, in prædicationibus accidentalibus denotat prædicatum in formare subiectum in aliqua temporis differentia: ergo, vt verum sit, prædicatum aduare subiectum; necessario illud a parte rei actuare debet: quia ab eo, quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa: ergo, &c.

3. Conclus.

Dicendum tertio. Ad prædicationem exercitam huius prædicabilis in fundamentis Logici, & intentionalibus, tantum requiritur existentia obiectiua: probatur: nam tunc accidens non respicit subiectum inhesionis, sed prædicationis: ergo sufficit, vt subiectum, & prædicatum, apprehendantur, vt existentia; etiam si non existant; sicut in istis: Adamus loquitur: Antechristus sedet: ergo, &c. Et hæc pro ista quæstione sufficiunt: nam vtrum accidens sit nouem generibus æquiuocum, quod hic Doctor affirmat, in antepredicamentis, quæst. 4.

vel 11. forte examinabitur.

QVÆST. II.

Utrum hæc diffinitio sit conueniens: accidens est, quod adest, & abest, &c.

Accidens est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem, &c.



VAERITVR: VTRUM hæc diffinitio sit conueniens: Accidens est, quod adest, & abest, &c. Quod non videtur: primo generaliter: quia datur per co-

pulationem. Similiter, quia non est ibi genus, & differentia.

Item, contra primam particulam; adest, & abest: quia adesse, & abesse, est rei extra animam: quia adesse est, cuius est esse: sed hic debet intentio diffiniri: igitur, &c. Similiter hæc intentio, accidens, potest vniuoce competere rebus diuersorum generum: sed ista, adesse, & abesse, non: quia quibus esse non est vniuoce; nec adesse: sed esse non est vniuoce diuersis prædicamentis.

Item, intentio, cui inest, necessario inest: quia non inest alicui, nisi vt consideratur ab intellectu: sed sic est impermutabilis. Similiter hoc patet inductive: quia si homo est species, necessario est species: & animal necessario est genus: ergo hæc intentio accidens, si inest alicui subiecto, inest necessario: & ita non adest, & abest.

Item, contra secundam particulam: aliquod accidens commune necessario inest: vt quantitas homini: & nigredo coruo: & albedo cygno: ergo non possunt non inesse subiecto præter eius corruptionem. Quod accidens, vt hic sumitur, dicatur de istis; patet per Porphyrium, qui diuidit accidens in accidens separabile, & accidens inseparabile. Similiter ratione: quia omne prædicatum non essenziale vel est proprium, vel accidens, vt hic sumitur: quando dicitur: homo est quantus: quantum est prædicatum non essenziale: & non proprium: ergo accidens.

Item, corruptio non adest præter subiectum.

subiecti corruptionem: quia opponitur sibi.

Item, accidens abest: ergo non est: quia non manet separatim a subiecto: & si accidens non est: subiectum non est: quia sunt correlatiua: probatur: omnis species ipsius vniuersalis est relatiuum: ergo accidens: & non videtur ad aliud dici, nisi ad illud, cuius est accidens: & illud est subiectum: ergo, &c. Similiter si diffinitio sit conueniens relatiuis: ergo in ea ponitur correlatiuum: nihil videtur hic positum pro correlatiuo, nisi subiectum: ergo illud est correlatiuum diffinitio.

Cap. 4.

Ad oppositum est Porphyrius, & Arist. primo Topicorum ponens consimilem diffinitionem: accidens est, quod contingit eidem inesse, & non inesse; quæ essentialiter videtur eadem isti.

Ad quæstionem dicendum: quod diffinitio, si congrue intelligatur, satis conuenienter est assignata.

Vbi sciendum est: quod adest, & abest: siue inesse, vel non inesse, quæ ponit Aristotel. in sua diffinitione: sunt æquiuoce primæ intentionis, & secundæ intentionis: Vt sunt nomina primæ intentionis; dicitur 7. Metaph. accidens esse est in esse: & hoc de accidente reali, de quo loquitur ibi: Sic etiam sumitur adesse, & abesse 8. Physicorum: vbi dicitur: quod impossibile est, idem simul adesse eidem subiecto, & abesse ab eodem. Alio modo inesse, vel abesse, est nomen secundæ intentionis, & significat prædicationem eorum, quæ sunt extra essentiam subiecti, vel alterius generis a subiecto: sicut prædicari, de, dicit propriam prædicationem essentialem eorum, quæ sunt in eodem genere cum subiecto. Sed adhuc inesse, secundo modo, sumitur tripliciter: proprie; & sic non inest nisi accidentibus communibus: vel communiter: & sic inest singularibus accidentibus: & isto modo generali sumitur esse, in diuisione quadrimembri, quam ponit Aristot. in principio prædicamentorum: & adhuc communius sumendo inesse, dicimus communiter in omni propositione prædicatum inesse subiecto, vel non inesse: sicut generaliter dicimus: in omni propositione esse prædicatum, & subiectum qualiscumque fuerit prædicatio. Prima

Tex. com.
2. & inde.

Tex. com.
6. & inde.

diffinitio videtur probabilis: inconueniens enim est, Logicum diffinire, & diuidere, per res primæ intentionis: præsertim quando diffinitum est secunda intentionis: vel diuidere, si aliqua membra diuisionis sint res secundæ intentionis: sed illius diuisionis quadrimembri, manifestum est, duo membra; scilicet, dici, de, & non dici, de, esse intentiones secundas. Secunda distinctio de, scilicet, inesse, scilicet, proprie, vt accidens commune: communiter, vt accidens quodlibet: communissime, vt omne prædicatum de subiecto; patet ex diffinitione Aristot. primo Topicorum; & diuisione eius in principio prædicamentorum: & communi modo loquendi. Consimiliter tripliciter dicitur prædicari, de; proprie, pro his, quæ sunt superiora in eodem genere: communiter pro omnino, quod est commune: communissime, pro omni eo, quod specificat rem huius verbi, est, in propositione. Primo modo sumitur in principio prædicamentorum. Secundo modo in diffinitione vniuersalis in libro perihemenias. Tertio modo in diuisione Porphyrii, quam ponit post diffinitionem generis; & in diffinitione individui. Sumendo igitur adesse, vel inesse, primo modo; per illud intelligitur genus accidentis: cum vna differentia: scilicet, prædicatum non essenziale: vel genus intermedium inter vniuersale, & accidens: sic intelligitur in diffinitione proprii; per accidit: residuum; hoc est abesse, &c. Ponitur loco differentia, & correlatiui ipsius diffinitio. Similiter in diffinitione Aristot. contingit inesse, & non inesse: id est non necessario inest subiecto.

Sed tunc est dubium: qualiter de accidentibus in separabilibus dicitur accidens; & multis alijs: vt quanto, & huiusmodi, quæ necessario insunt: non tamen sunt propria.

Potest dici: quod illud est verum de illis; sicut de alijs per se loquendo: sicut enim per se substantia præcedit accidens tempore: sic accidens commune quodcumque; cum non habeat per se causam in subiecto; non inest necessario, vel per se; quantum est ex parte subiecti. Sic etiam proprium abest: quia substantia præcedit illud accidens, sicut & accidens commune: vt Aristot. intelligit de accidente 7. Metaph. Si vero dicas per se, quan-

Diuisione
secunda.

tum

tum est ex parte accidentis, falsum est: ali quod enim accidens commune; licet non habeat causam per se in subiecto; tamen habet causam necessariam, ut quantitas: & ita sibi repugnat; quantum est ex se; non inesse subiecto, in quo habet talem causam necessariam.

Ideo exponitur illud alio modo sic: abest secundum intellectum, præter subiecti corruptionem; id est, destructione essentialis intellectus subiecti.

Contra: sic proprium abest: quia species, cum sit prior natura proprio, complete potest intelligi sine proprio.

Dicitur: quod accidens abest secundum intellectum per positionem sui oppositi, præter subiecti corruptionem: non sic proprium, id est accidens est prædicatum non essentialiter subiecto, sub cuius opposito potest subiectum intelligi complete, sine repugnantia intellectui: non sic proprium abest. Et hoc breuius exprimitur sic: Accidens inest non per se, vel conuertibiliter: intelligendo inest; ut prius dictum est: & iste est intellectus diffinitionis Porphyrij, & Aristotelis: & sic intelligendo, utraque est conueniens.

Contra istud: si hæc diffinitio sit conuenienter data: ergo inest diffinitio per se: ergo accidens per se adest, & abest: ergo per se adest: & si hoc: ergo non potest abesse. Secunda consequentia patet: quia copulativa tenet ad alteram partem.

Consimiliter potest argui: quod omne accidens abest; per hoc medium: omne accidens per se adest, & abest: ergo per se adest: & sic non adest.

Item, omne accidens necessario inest: quia inesse est de essentia accidentis: sed omne accidens necessario est accidens: ergo omne accidens necessario inest: minor patet: quia hæc inest necessario: omne accidens est accidens: quia prædicatur idem de se: ergo est vera cum modo necessitatis.

Ad primum istorum dicitur: quod non sequitur: per se adest, & abest: ergo per se adest: sed est fallacia a secundum quid ad simpliciter: sicut non tenet: contingens necessario est contingens: ergo contingens necessario est.

Contra: a genereposito sub differentia tenet ad genus simpliciter: ut sequitur: animal rationale; ergo animal: sed

istud totum abest, &c. Est loco differentia, respectu huius adest: ergo consequentia bona.

Potest igitur dici: quod consequentia est, quo modo bona: sed antecedens, & consequens, est distinguendum secundum compositionem, & diuisionem: quia, per se, potest determinare inhaerentiam: & sic est utraque vera: vel inhaerens: & sic utraque falsa; & istomodo non ponitur per se in diffinitione accidentis. Hoc est dictum: quod illud prædicatum, adest, &c. Per se inest huius subiecto, accidens: sed idem prædicatum, scilicet, adest, terminatum per, per se, non inest illi subiecto.

Ad secundum dicitur similiter: quod tam minor, quam conclusio, est vera; ut necesse determinat inhaerentiam, aliter non.

Ad primum argumentum principale patet; qualiter ibi ponitur genus, & differentia: & qualiter per totum copulatum est aliud circumloquutum.

Ad secundum patet: qualiter sumitur ibi adest; ut est nomen secundæ intentionis.

Ad aliud principale patet: quod quodlibet accidens, quod non est proprium, adest, & abest, secundum intellectum: ita quod subiectum potest intelligi sub eius opposito.

Ad aliud de corruptione: quod adest præter corruptionem illius subiecti: quia est in eo, quod manet in transmutatione, ut in subiecto: & illud non corrumpitur.

Contra: si sit in illo, ut in subiecto, tunc est corruptio illius subiecti: igitur non adest præter corruptionem subiecti.

Dicitur: quod si adest; tunc est formale accidens eius: sed non oportet, quod sit corruptio eius: quia eius dicitur corruptio, quod denominatur ab ea: & illud non est eius subiectum: & vniuersaliter ita est in accidentibus subiectum non denominantibus, sed alia a subiectis: sicut locus est corporis locantis, ut accidens: sed non est locus corporis locantis: sed est locus corporis locati: passio vero locantis; ut dicitur quarto Physicorum: sic actio est patientis, ut subiecti: sed non est actio patientis: quia non denominat subiectum suum; sed aliud.

Aliter

Aliter dicitur ad primum quod adest præter subiecti corruptionem: id est subiectum potest intelligi sub esse, & eius opposito, sine destructione sui intellectus; vel sine repugnantia intellectuam.

Ad vltimum dicitur: quod si accidens abest, sicut hic sumitur, non sequitur, ipsum non esse: quia illud sic intelligitur: quod subiectum potest intelligi sub opposito accidentis: unde ex hoc non sequitur, quod non sit.

Cap. de relatione.

Contra: per Aristot. in lib. Prædicamentorum: vnum correlatiuorum non potest diffinitio sciri, sine altero: subiectum, & accidens sunt correlatiua: ut dicitur supra in opponendo: igitur subiectum non potest complete intelligi sine accidente: igitur non potest intelligi sub opposito accidentis.

Item, intellectus solum verorum est: sed non est verum subiectum esse sub accidente, & eius opposito: ergo non est intelligibile: minor patet: veritas est adæquatio rei ad intellectum: sed non est ita in re.

Ad primum istorum dicitur: quod subiectum est relatiuum per accidens: quia aliud dicitur ad ipsum: & de illis non intelligitur dictum Arist. Sed tantum de relatiuis per se: quia scibile potest cognosci, non cognita scientia: cum sit naturaliter prius ea. Si diceretur, præter subiecti corruptionem: id est, eius, cui talis intentio inest: illud non valet: quia illud est res primæ intentionis: & ita inconuenienter in diffinitione alicuius secundæ intentionis poneretur.

Ad aliud dicitur: quod prima propositio vera est de habitu principiorum; qui dicitur intellectus, qui distinguitur contra scientiam, quæ est proprie habitus conclusionum demonstrationis.

Vltius potest dici: quod intellectus intelligens subiectum esse sub opposito talis accidentis inseparabilis est falsus: sed non intellectus intelligens subiectum sub opposito talis accidentis, qui est simplex, non componens, vel diuidens: quia tantum circa compositionem, & diuisionem, est veritas vel falsitas.

Tertio modo dicitur: quod subiectum non vere potest intelligi sub opposito accidentis inseparabilis: tamen vere potest sic intelligi sine repugnantia intellectuam: quia si sic intelligatur, non est

repugnantia intellectuam.

Ad quoddam argumentum superius factum: scilicet, intentio, cui inest, necessario inest: dico: quod illud concludit: quod accidens necessario inest; ut necessario determinat inhaerentiam; non inhaerens.

Summa textus.

DATO quod accidens sit de numero quæque vniuersalium; recte nunc quaeritur de eius diffinitione: & quia tripliciter illud Porphyrius diffinit: videlicet: Accidens est, quod potest adeste, & abesse, absque subiecti corruptione. Vel sic: Accidens est, quod contingit eidem inesse, & non inesse. Vel tandem est: quod nec est genus; nec species; nec differentia; nec proprium; semper tamen inest subiecto: ideo de prima tantum diffinitione, tanquam alias continente, inquiratur hic; an sit conuenienter data. Argumenta pro parte negatiua in eorum solutione clarescent.

Conclusio tamen Doctoris est affirmatiua: nempe, prædictam diffinitionem esse conuenientem; si recte intelligatur: probat eam autoritate Porphyrij eam assignantis: & Aristotelis aliam consimilem adducens. Et pro ratione fundamentali distinguit de ly adeste, seu inesse: quæ distinctio in littera patet: ex qua sic diffinitio huius prædicabilis colligit: Accidens est prædicatum non essentialiter, seu accidentale non necessario inhaerens subiecto: non adeste, vel inesse, secunde intentionaliter sumptum sumitur pro prædicato non essentiali, seu in quale accidentali, quod est genus: abesse vero præter subiecti corruptionem ponitur pro differentia: scilicet, pro ly non necessario; seu pro contingenter, & transmutabiliter; ut alij ponunt: additur, quoque subiectum in diffinitione: quia cum sit entis relatiui, in ea terminus collocari debet: maxime cum sit per additamentum. Et quamuis hæc doctrina verissima sit; ut magis innotescat; instat contra illam; & instantias soluit. Denique ad argumenta respondet; quæ simul cum eorum solutionibus, in nostro de hoc articulo adducemus.

ARTIC. I.

An diuisio Accidentis, in separabile, & in inseparabile, sit bona?

NON solum Porphyrius accidens diffinit; sed eius nobis diuisionem tradidit per separabile, & inseparabile: de qua Doctor in quarto argumento agit. Et pro parte negatiua sit primum argumentum: Proprium est accidens a subiecto inseparabile; ergo hoc membrum excedit diuisionem: quia accidens commune de proprio non prædicatur: ergo talis diuisio non est bona.

1. Argum.

Secunde

2. Arg. Secundo, nulla dantur accidentia inseparabilia a subiecto: ergo antecedens probat: nam nigredo a coruo; calor ab igne; frigiditas ab aqua; & alia similia; quæ accidentia inseparabilia dicuntur; possunt per Dei potentiam a suis subiectis separari: ergo: &c.

1. Not. Pro intelligentia notandum primo, quod hæc diuisio est per membra realia. Vnde accidens separabile est illud, quod facilius a subiecto separari potest: ut feno a sedente: inseparabile vero, quod non de facili potest per naturam separari: ut nigredo a coruo: potest tamen per diuinam potentiam separari; vel saltem subiectum sine ipso esse.

2. Not. Secundo notandum, latum esse discrimen inter habere causam per se, & habere causam necessariam: illud enim, quod habet causam per se, habet etiam causam necessariam: sed non e contra: habere igitur causam per se, & necessariam, est semper effectum poni, posita causa; & habere cum illa realem identitatem; ac ab eius principijs essentialibus dimanare. Habere autem causam tantum necessariam est effectum causam concomitari necessario; non necessitate quidditatis, & essentialis; ita ut a quidditatis principijs pullulet; sed necessitate secundum quid: & hoc modo quantitas habet materiam pro causa necessaria: & accidentia communia: cum tali tamen causalitate, & necessitate: est distinctio realis effectus a causa; atque realis separabilitas: non autem cum prima.

Conclusio. Dicendum: diuisio tradita est sufficiens: probatur: quia tota communitas diuisi per illam explicatur: hoc est enim diuisi aliquid commune; nempe, ut eius communitas per membra diuisa a posteriori manifestetur: sicut essentia a priori per definitionem explicatur: sed ita est in proposito: quia nullum potest esse accidens, quod non sit, aut separabile, aut inseparabile: modo præposito: igitur, &c.

Ad argu. Ad argumenta: ad primum patet per notabile secundum, & ad secundum per notabile primum: & clarius ex questione sequente patebunt.

ARTIC. II.

An inhaerentia sit essentia accidentis realis?

1. Sentent. Ex primo membro distinctionis data a Doctore de ly inesse: in quo dicit sumi prime intentionaliter; & ut sic conuenire accidenti reali; de quo dicitur 7. Metaph. Accidentis esse est inesse: oritur Articulus iste, circa quem est prima sententia D. Thomæ opuscul. de ente, & essentia cap. primo, quem sequuntur Caiet. ibidem Iabellus 7. Metaphisic. quæst. 1. & alij discipuli ibidem; alij in præsentia, quorum infinitus est numerus: asserentes inhaerentiam aptitudinalem esse de essentia accidentis realis, & communis: probant primo ex definitione tradita, in qua accidens per inesse subiecto diffinitur: & alibi sæpe appellat Phyloso-

phus accidens ens ens; id est substantia ens: ergo aptitudo inhaerendi substantia est accidenti essentialis.

2. Argum. Secundo, esse per se, & esse in alio, sunt modi intrinseci, ille substantia, & iste accidentis: sed esse per se aptitudinaliter est essentia substantia: ergo esse in alio aptitudinaliter erit essentia accidentis. Ita Rubius, & Murcia, in præsentia.

3. Argum. Tertio, arguit Murcia: quando accidens reale diffinitur: diffinitione essentiali diffinitur: sed diffinitur per ordinem, ad subiectum: ergo inhaerentia aptitudinalis, quam dicit ad illud, erit de eius essentia.

4. Arg. Quarto, nam ex opposita sententia sequeretur, ens esse vniuocum ad substantiam, & accidens: quod est falsum: sequellâ probat: quia si accidens non dicit necessariam dependentiam ad substantiam, tanquam ad illud, in quo existit; existeret per se: & ita posset abstrahi ab illo, & a substantia, vnus conceptus vniuocus, tanquam a per se existentibus: igitur.

5. Arg. Quinto, inhaerentia aptitudinalis non est de essentia accidentis, per vos, d. Scotistæ: ergo poterit concipi accidens sine illa. Tunc sic: vel accidens concipitur, ut ens in se, vel ut in alio: non primum: quia tunc accidens esset substantia: ergo secundum: & tunc concipitur cum aptitudine ad inhaerendum: & ex prima consequentia, concipiebatur sine illa: ergo vel nobiscum sentire debetis: vel contradictio in vestra opinione. Et hoc est fortius pro Aduersarij argumentum.

2. Sentent. Secunda sententia est Doct. in 4. dist. 12. q. 1. & 7. Metaph. q. 1. & omnium suorum ibidem, quos sequitur Sonzinas alterius familiae Alfinus 7. Metaph. q. 1. pro qua notandum 1. quod hic non loquimur de accidente, ut diuiditur contra substantiam transcendentalem, & Analogice sumptam: nam accidens, ut sic, est commune ad accidens completum, & incompletum: de quo in antepredicamentis: sed intelligitur de accidente completo, & prædicamentali; quod, ut sic, sicut & quodcumque aliud concretum, dupliciter sumi potest: aut formaliter, & pro per se significato: aut materialiter, & pro denominato: hoc secundo modo, idem est, quod quantitas, qualitas, & reliqua, quæ in nouem generibus collocantur: primo modo idem est, quod inhaerens; & ita accidens pro formali, & inhaerens: & accidentia (ut ita loquar) & inhaerentia, idem important.

2. Not. Secundo notandum: quod inhaerentia, formaliter loquendo, est relatio; siue competat accidenti pro per se significato, siue pro denominato: nam implicat intelligi rationem formalem inhaerentia, seu vnionis; quin intelligatur respectus: nisi non intelligatur: (ut ait Doct.) quid per inhaerentiam importetur: importatur itaque per illam, ordo, & vnio duorum, ex quibus resultat vnus compositum per accidens. Implicat autem, ut vnio tanquam aliquid absolutum intelligatur; sed ut respectiuum: ut optime probat Doct. in tertio, distinct. 1. quæst. 1. lit. A. & ratio est: quia sicut similitudine, simile est simile alteri similitudo vnione, vnium est vnium alteri vnio: ac per consequens vnio est ratio referendi; & totum suum esse est ad aliud: nam vnio secundum

Doct. in 4. dist. 43. q. 1. ar. 1. est cõiunctio entis ad ens: ergo implicat duo entia esse coniuncta, & vnita; quin referantur: quia nihil dicitur vnium sibi; & ad se; sed alteri, & ad aliud.

3. Nota. Tertio notandum: quod hæc inhaerentia, seu cõiunctio vnio, ex Doct. 7. Metaph. & 1. Post. q. 30. est duplex: actualis, & aptitudinalis: rursus actualis adhuc est duplex: alia est in actu actualitate essentia; & est vnio accidentis cõ subiecto secundum eorum esse quidditatum, ut ab existentia abstrahitur: & hæc vnio est albedo in comuni, & substantia in comuni, vnium, ex quibus resultat substantia alba in communi. Alia est vnio actualis actualitate existentia singularis, qua hæc albedo cõ hæc substantia vnitur; & hæc substantia alba cõponitur. Inhaerentia aptitudinalis est vnio potentialis accidentis cum subiecto, quam accidens a subiecto separatum adhuc includit.

4. Nota. Quarto notandum ex Doct. 7. Metaph. ut supra: quod aliquid esse de essentia alterius stat dupliciter: vel quod sit de essentia; id est de cõceptu quidditatis essentia in primo modo: vel de essentia, tanquam idem essentialiter, & radicaliter, & ab essentia dimanans: & in hoc sensu loquitur Doct. 1. Post. ut supra: quando ait; inhaerentiam aptitudinalem esse de essentia accidentis.

5. Conclusio. Dicendum primo, subiectum non est de essentia accidentis, quomodo cõque consideretur accidens: hæc est Doct. in 4. ut supra: & de accidente pro formali: probatur: nam terminus, ut terminus, non est de intrinseca ratione relatiui: sed accidens, ut sic, est relatiuum, & subiectum est eius terminus: ergo subiectum non est de eius quidditate. Minor patet: nam accidens pro formali, & inhaerens, idem importat: sed inhaerens, (ut vidimus) est relatiuum: ergo.

De accidente pro denominato, etiam probatur: quia dato opposito: homo albus non esset vnus per accidens; contra Philosophum 5. Metaph. tex. 13. & 14. patet sequella: quia addendo aliquid alicui, quod est de eius essentia, non fit vnus per accidens: maxime si illud, cui additur, est ens, per se: sed si subiectum est de essentia accidentis; & accidens fit vnus per se: quia ens per se in nouem genera diuiditur: sequitur: quod ex vtroque fit vnus per se: & non per accidens.

2. Conclusio. Dicendum secundo, si accidens pro formali sumatur, inhaerentia est de eius intrinseca, & formali ratione in primo modo. Hæc est Doct. oritur, ut supra: & probatur: implicat intelligere relatiuum, ut sic, absque relatione: sed accidens, ut sic, est ens relatiuum: ergo implicat illud intelligere absque sua ratione constitutiuâ, quæ est inhaerentia: inhaerens enim formaliter ab inhaerentia dicitur.

3. Conclusio. Dicendum tertio, si accidens pro denominato sumatur; siue sit absolutum; siue respectiuum, prout rationem induit accidentis; neutra inhaerentia, siue actualis, siue aptitudinalis sit; est de illius essentia in primo modo. Est etiam Doct. & suorum ut supra: & probatur primo de inhaerentia actuali, respectu accidentis absoluti: nullum accidens absolutum requirit subiectum ad suum esse simpliciter; nec in ratione termini; nec in ratione dependentia in aliquo genere causæ: ergo esse in subiecto, seu inhaerere actualiter, non est de talis accidentis quidditate. Antecedens probat de subiecto in ratione termini: quia tunc non esset absolutum, ut absolutum. De subiecto autem in ratione dependentia patet: dependentia essentialis est illa, qua aliquid sic dependet, quod non potest esse, nec intelligi; sine eo; a quo dependet: ut dependentia creaturæ ad Deum; & compositi a partibus ipsum intrinsece componentibus: sed accidens absolutum non ita dependet a subiecto; ut subiectum ipsum componat, tanquam causa materialis, vel formalis: nec dependet ab illo, ut a causa efficiente, vel finali: quia istarum causalitates Deus supplere potest: ergo cum ad sui esse actuale nullatenus dependeat a subiecto; inhaerentia actualis non erit essentia illius.

4. Nota. Secundo probatur de inhaerentia aptitudinali: quia tunc absolutum esset formaliter absolutum; & formaliter respectiuum: quod implicat: ergo. Probat maioris sequellam: qualibet inhaerentia est formaliter relatio; ergo tribuit suum esse formalem illi, cuius est essentia: ergo si est de essentia accidentis absoluti, constituit illud formaliter relatiuum: & cum ex se sit etiam formaliter absolutum: sequitur: quod albedo, v. g. erit formaliter absolutum; & formaliter relatiuum.

Respondent Rubius, & Murcia: quod inhaerentia formaliter non est respectus: sed abstrahit ab absoluto, & respectiuo. Contra: quidquid abstrahit ab absoluto, & respectiuo, conuertitur cum accidente, quod est diuisum in hæc duo membra: ergo sicut accidens contrahitur ad esse absolutum, & respectiuum: ita & illa inhaerentia contrahetur: ergo sicut accidens absolutum est ad se, & relatiuum ad aliud; ita inhaerentia alia erit ad se, & alia ad aliud: sed implicat aliquam inhaerentiam esse ad se: quia nihil sibi ipsi, sed alteri, inhaerere dicitur: ergo omnis inhaerentia est ad aliud: sed cum accidens; ut est cõmune ad absolutum, & respectiuum; non sit formaliter ad aliud; nec & inhaerentia, quæ cum illo conuertitur.

Præterea: si inhaerentia abstrahit ab absoluto, & respectiuo; tunc nec erit ad se, nec ad alterum; sicut & ipsum accidens: sed omnis inhaerentia quomodo cõque consideretur, semper intelligitur ad aliud: ergo non abstrahit ab absoluto, & respectiuo. Minor probatur ultra illa, quæ not. 2. diximus: illud est formaliter respectus quod absque termino intelligi non potest: sed inhaerentia est huiusmodi: nam inhaerere nihil est aliud in præsentia, quæ cõiungitur: quia ut Grammatici aiunt: inhaerere est datiuo constructum est alteri coniungi: sed illud, quod coniungitur necessario respicit aliud, cui coniungatur: ergo inhaerentia est respectus, cui coniungatur: ergo inhaerentia est respectus: quæ autem relatio sit, vide Doct. in quarto, ut supra

2. Conclusio. Dicendum secundo, si accidens pro formali sumatur, inhaerentia est de eius intrinseca, & formali ratione in primo modo. Hæc est Doct. oritur, ut supra: & probatur: implicat intelligere relatiuum, ut sic, absque relatione: sed accidens, ut sic, est ens relatiuum: ergo implicat illud intelligere absque sua ratione constitutiuâ, quæ est inhaerentia: inhaerens enim formaliter ab inhaerentia dicitur.

3. Conclusio. Dicendum tertio, si accidens pro denominato sumatur; siue sit absolutum; siue respectiuum, prout rationem induit accidentis; neutra inhaerentia, siue actualis, siue aptitudinalis sit; est de illius essentia in primo modo. Est etiam Doct. & suorum ut supra: & probatur primo de inhaerentia actuali, respectu accidentis absoluti: nullum accidens absolutum requirit subiectum ad suum esse simpliciter; nec in ratione termini; nec in ratione dependentia in aliquo genere causæ: ergo esse in subiecto, seu inhaerere actualiter, non est de talis accidentis quidditate. Antecedens probat de subiecto in ratione termini: quia tunc non esset absolutum, ut absolutum. De subiecto autem in ratione dependentia patet: dependentia essentialis est illa, qua aliquid sic dependet, quod non potest esse, nec intelligi; sine eo; a quo dependet: ut dependentia creaturæ ad Deum; & compositi a partibus ipsum intrinsece componentibus: sed accidens absolutum non ita dependet a subiecto; ut subiectum ipsum componat, tanquam causa materialis, vel formalis: nec dependet ab illo, ut a causa efficiente, vel finali: quia istarum causalitates Deus supplere potest: ergo cum ad sui esse actuale nullatenus dependeat a subiecto; inhaerentia actualis non erit essentia illius.

4. Nota. Secundo probatur de inhaerentia aptitudinali: quia tunc absolutum esset formaliter absolutum; & formaliter respectiuum: quod implicat: ergo. Probat maioris sequellam: qualibet inhaerentia est formaliter relatio; ergo tribuit suum esse formalem illi, cuius est essentia: ergo si est de essentia accidentis absoluti, constituit illud formaliter relatiuum: & cum ex se sit etiam formaliter absolutum: sequitur: quod albedo, v. g. erit formaliter absolutum; & formaliter relatiuum.

Respondent Rubius, & Murcia: quod inhaerentia formaliter non est respectus: sed abstrahit ab absoluto, & respectiuo.

Contra: quidquid abstrahit ab absoluto, & respectiuo, conuertitur cum accidente, quod est diuisum in hæc duo membra: ergo sicut accidens contrahitur ad esse absolutum, & respectiuum: ita & illa inhaerentia contrahetur: ergo sicut accidens absolutum est ad se, & relatiuum ad aliud; ita inhaerentia alia erit ad se, & alia ad aliud: sed implicat aliquam inhaerentiam esse ad se: quia nihil sibi ipsi, sed alteri, inhaerere dicitur: ergo omnis inhaerentia est ad aliud: sed cum accidens; ut est cõmune ad absolutum, & respectiuum; non sit formaliter ad aliud; nec & inhaerentia, quæ cum illo conuertitur.

Præterea: si inhaerentia abstrahit ab absoluto, & respectiuo; tunc nec erit ad se, nec ad alterum; sicut & ipsum accidens: sed omnis inhaerentia quomodo cõque consideretur, semper intelligitur ad aliud: ergo non abstrahit ab absoluto, & respectiuo. Minor probatur ultra illa, quæ not. 2. diximus: illud est formaliter respectus quod absque termino intelligi non potest: sed inhaerentia est huiusmodi: nam inhaerere nihil est aliud in præsentia, quæ cõiungitur: quia ut Grammatici aiunt: inhaerere est datiuo constructum est alteri coniungi: sed illud, quod coniungitur necessario respicit aliud, cui coniungatur: ergo inhaerentia est respectus, cui coniungatur: ergo inhaerentia est respectus: quæ autem relatio sit, vide Doct. in quarto, ut supra

2. Conclusio. Dicendum secundo, si accidens pro formali sumatur, inhaerentia est de eius intrinseca, & formali ratione in primo modo. Hæc est Doct. oritur, ut supra: & probatur: implicat intelligere relatiuum, ut sic, absque relatione: sed accidens, ut sic, est ens relatiuum: ergo implicat illud intelligere absque sua ratione constitutiuâ, quæ est inhaerentia: inhaerens enim formaliter ab inhaerentia dicitur.

3. Conclusio. Dicendum tertio, si accidens pro denominato sumatur; siue sit absolutum; siue respectiuum, prout rationem induit accidentis; neutra inhaerentia, siue actualis, siue aptitudinalis sit; est de illius essentia in primo modo. Est etiam Doct. & suorum ut supra: & probatur primo de inhaerentia actuali, respectu accidentis absoluti: nullum accidens absolutum requirit subiectum ad suum esse simpliciter; nec in ratione termini; nec in ratione dependentia in aliquo genere causæ: ergo esse in subiecto, seu inhaerere actualiter, non est de talis accidentis quidditate. Antecedens probat de subiecto in ratione termini: quia tunc non esset absolutum, ut absolutum. De subiecto autem in ratione dependentia patet: dependentia essentialis est illa, qua aliquid sic dependet, quod non potest esse, nec intelligi; sine eo; a quo dependet: ut dependentia creaturæ ad Deum; & compositi a partibus ipsum intrinsece componentibus: sed accidens absolutum non ita dependet a subiecto; ut subiectum ipsum componat, tanquam causa materialis, vel formalis: nec dependet ab illo, ut a causa efficiente, vel finali: quia istarum causalitates Deus supplere potest: ergo cum ad sui esse actuale nullatenus dependeat a subiecto; inhaerentia actualis non erit essentia illius.

4. Nota. Secundo probatur de inhaerentia aptitudinali: quia tunc absolutum esset formaliter absolutum; & formaliter respectiuum: quod implicat: ergo. Probat maioris sequellam: qualibet inhaerentia est formaliter relatio; ergo tribuit suum esse formalem illi, cuius est essentia: ergo si est de essentia accidentis absoluti, constituit illud formaliter relatiuum: & cum ex se sit etiam formaliter absolutum: sequitur: quod albedo, v. g. erit formaliter absolutum; & formaliter relatiuum.

Respondent Rubius, & Murcia: quod inhaerentia formaliter non est respectus: sed abstrahit ab absoluto, & respectiuo.